FR. ANTONIUS LIGI-BUSSI URBINAS
ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
ARCHIEPISCOPUS ICONIENSIS
ABBAS COMMENDATARIUS S. LAURENTII EXTRA MOENIA
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PRAELATUS DOMESTICUS PONTIFICIO SOLIO ADSISTENS
ALMAEQUE URBIS VICESGERENS

Universis, et singulis praesentes literas inspecturis fidem facimus, atque testamur, quod Nos, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem recognovimus sacras particulas ex Praesepe, Antro Agoniae Coenaculo Mensa Columna Flagellationis Sepulchro et Ligno SS.mae Crucis Domini Nostri Jesu Christi. Ex Parietibus Almae Lauretanae Domus. Ex Pallio S. Joseph Sponsi.

quas ex authenticis locis extractas, reverenter collocavimus in theca ex auricalco deargentato, ovalis figurae, unico crystallo munita, bene clausa, et funiculo serico coloris rubri colligata, ac sigillo nostro signata, easque consignavimus cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, extra Urbem transmittendi, et in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicae Christifidelium venerationi exponendi. In quorum fidem has litteras testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum nostrum Secretarium expediri mandavimus.

Romae ex Aedibus nostris Die XXV. Mensis Augusti Anni MDCCCLVI.

Fr. A. Archiep. Iconien. Vicesg.

GRATIS

Joseph Gozzi a Secretis

2053